



30

~~G. W. 27.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

*VI-26.*

SIGNAT. ciōiōCCCCXIII.

Stückzettel erled.  
11. XII. 1949.





DISPUTATIO XI.  
ETHICA

*De*

VIRTUTIBUS  
INTELLECTUALIBUS.

*Quam*

DEO TRIUNO ANNUENTE

In Inclÿta & celeberrima Academia VVittebergenſi,

PRÆSIDE

*Clariffimo & Excellentiffimo Philoſopho*

Dn. M. IACOBO MARTINI,

Logices & Praët: Philoſoph. Pro-  
feſſore publ.

*Proponit*

SIGISMUNDUS VIHEUSERUS  
Mura viâ-Styrus.

*Ad diem 1. Octob. Horis Locoq; ſolitis.*

VVITTEBERGÆ,

E Typographéo JOHAN. GORMANNI.

---

ANNO, M. DC. XIV.



# VIRIS

*Nobilissimis, Prudentissimis, multarumq;  
rerum usu praestantissimis*

**Dn. GEORGIO Lang à Langenau**  
Senatori Reip. Habelschwerda-  
nae primario.

**Dn. GEORGIO Hauszman /**  
Senatori ejusdem Reipubl.  
dignissimo.

**Dn. IOHANNI VIHEUSERO**  
LL. Candidato.

*Istis Patronis atq; Fautoribus, huic Ger-  
mano debita observantia cultu  
honorandis.*

Hanc de Virtutibus Intellectualibus  
*συζήτησιν* debita gratitudinis ergo

*Offert & defert*

**Sigilmundus Viheuserus**  
Muravia-Styrus.

*ὡς ἐθέλοι ὑμῶν ΧΡΙΣΤΟΣ κηδεῖν τε Φιλεῖν τε  
ὡς αἰεὶ ἐμέθεν περικηδεσθ' ὀφθανικοῖο.*





DISPUTATIO XI.

De

VIRTUTIBUS INTEL-  
LECTUALIBUS.

Continuatio.

**I**N Disciplina morali non tantum Morales; sed  
Intellectuales quoque examinandas esse virtutes,  
ex eo conspicuum esse videtur, quod inter has  
Prudentia locum sibi vendicat, cujus natura E-  
thico accuratè investiganda, & à reliquis secer-  
nenda est. Quomodo enim in virtutibus, observa-  
tis circumstantiis omnibus, medium inter *ὑπερβο-  
λῶν καὶ ἑλλείψιν* tenendum sit, illa sola præscribit.  
Quare post absolutam de Virtutibus Moralibus  
doctrinam, ad illas meritò nos accingimus.

Thesis I.



fertur.

Nimæ duas (a) esse principales po-  
tentias sive facultates, supra monuimus: U-  
nam *λογικῶν* sive *ἑλλογον* Rationalem: alte-  
ram *ἄλογον* Irrationalem. *ἑλλογον* rursus du-  
plex (b) constituitur: *θεωρητικὴ* & *λογιστικὴ*:  
illa ad contemplationem, hæc ad actionem re-

A 2

Arist.



*Arist. lib. 1. Eth. Nicom. c. 13. lib. 1. Mag. Moral. cap. 1. lib. 2. Eudem. cap. 2. lib. 3. de anima cap. 9. (b) Idem lib. 6. Eth. Nicom. cap. 1. lib. 3. de anim. cap. 9. t. 81.*

II.

Utriusq; hujus partis *ὀικεῖον ἔργον* est Veritatis inquisitio, præterquam quod *ἡπιστημονική* in sola & sempiterna veritatis cognitione unice acquiescit: Unde vulgo Intellectus speculativus: *λογιστική* verò occupatur circa noticiam & veritatem experibilis boni, quod à nobis agendo acquiri potest: vulgo Intellectus practicus vocatur.

III.

Hinc Notitia dicitur esse *θεωρητική* & *πρακτική*. Illa innuda consistit contemplatione, ut cum aliquis præclare sapit, etiam si vitam agat inhonestam. Hæc spectatur in usu, actu, opereq; ipso: ut cum continens agit ex notitia sua, quam præceptam habet de virtute & officio, cum Jurisconsultus ex scientia juris rectè agit in reddendis responsis & controversijs dijudicandis.

IV.

Variæ autem Contemplationis & Actionis veritatis nymphae velut ex equo Durateo prodeuntes, spectaculum nobis præbent: omnes nempe virtutes mentis, quibus ipsum verum agendo negandoq; pronunciat.

V.

Sunt autem numero quinque: Intelligentia, Scientia, Sapientia, Prudentia, Ars. Opinio & Suspicio, quæ differenter hinc sumuntur, licet quoq; circa verum versentur (c) & falsum, virtutis nomine honestari non merentur: quod per illas sæpenumero & fallimur & fallimus.

(c) *Arist. lib. 3. Eth. Nicom. cap. 2. lib. 6. eor. cap. 3. & 9. lib. 3. de an. c. 3. t. 157. lib. 1. post. analyt. cap. 26. t. 44. & generatim: lib. 4. Top. c. 1.*

VI.

Distinguuntur hi habitus in Simples & Compositum.  
Sim



Simplices cognoscunt necessaria & contingencia. Necessaria sine medio cognoscit Intelligentia, per medium. Scientia, Contingentia relata ad  $\pi\rho\acute{\alpha}\xi\iota\nu$  cognoscit prudentia: relata ad  $\pi\rho\acute{\iota}\eta\sigma\iota\nu$ , Ars. Compositum habitum dicimus Sapientiam, quæ constat (d) ex Intelligentia & Scientia.

(d) Arist. lib. 6. Eth. Nicom. cap. 3.

### VII.

Intelligentia est habitus, quo prima principia, quæ medio & causa carent, ab se; medio & causa cognoscimus, cognoscendo illis credimus, firmiterq; assentimur:  $\delta\ \nu\theta\varsigma\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\ \acute{\epsilon}\xi\iota\varsigma\ \eta\ \tau\alpha\varsigma\ \delta\epsilon\ \chi\alpha\iota\epsilon\ \gamma\omega\epsilon\iota\zeta\omega\mu\epsilon\upsilon$ .

### IIIX.

Finis est, ne dum veritatem in primis causis, principijsq; rerum sciscitari velimus, atris densisq; tumulis, in fontem intelligendi sparsis, graviter hallucinemur & decipiamur.

### IX.

Scientiam definimus, quòd sit habitus demonstrativus, quo percipimus conclusiones necessarias per causas suas veras, primas, immediatas, & priores & notiores ipsis conclusionibus:  $\mu\ \delta\pi\rho\tau\eta\sigma\iota\mu\eta\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\ \acute{\epsilon}\xi\iota\varsigma\ \delta\alpha\mu\delta\epsilon\iota\lambda\iota\mu\eta\ \acute{\epsilon}\xi\ \acute{\alpha}\nu\alpha\gamma\kappa\alpha\iota\omega\nu$ .

lib. 1. post anal. cap. 2. lib. 6. Eth. Nicomach. cap. 3. lib. 1. Mag. Mor. cap. 35. & lib. 5. Eth. Eudem. cap. 3.

### X.

Definitionem hanc ut rectè intelligamus, ad Scientiam veram tria requiri ponimus: Causam, à qua res suum esse habeat, cum præsertim scire nihil sit aliud, quàm rem per causam (e) cognoscere: Deindè ut causa talis intelligatur: Postremò ut intelligamus rem illam aliter se habere non posse.

(e) Arist. lib. 1. Phys. cap. 1. t. 1. lib. 2. eor. c. 3. t. 27. lib. 1. maj. Metaphys. c. 3. lib. 8. eor. cap. 2. t. 2. lib. 2. eor. cap. 7. lib. 1. post analyt. cap. 2. t. 5. lib. 2. eor. cap. 11. t. 11.

▲ 3

11. Ob



XI.

Objectum scientiæ nominatur τὸ ἀπισητόν : quod tantum rerum necessariorum est, quæ aliter se habere (f) non possunt: veluti sunt αἰδία, ἀλύνητα καὶ ἀφθάρτα. Hæc enim solum reverâ scimus: quia idem de his pronuntiare semper & verè possumus.

(f) Arist. lib. Categ. cap. 8. de qualitate. lib. 1. post analyt. cap. 4. t. 7. ibid. cap. 6. t. 15. ibid. cap. 26. t. 44. lib. 6. Metaphys. c. 2. t. 5.

XII.

His duobus explicatis habitibus, ad Sapienciam devolvimur, tanquam à simplicibus ad compositum. Ex illis enim conflatur Sapiencia: quippe quæ circa principia Intelligentiæ est particeps: at quatenus est circa ea, quæ post principia sunt cum demonstratione, Scientiæ particeps est.

Lib. 1. Mag. Moral. cap. 33.

XIII.

Definimus igitur Sapienciam, Habitum, quo non solum principia, sed inde quoq; deductas conclusiones cognoscimus.

καὶ ἐκ τῶν ἀπισημένων τῶν ἀποδείξεων

Lib. 6. Eth. Nicom. cap. 7.

XIV.

Objiciuntur ergò scientiæ omnes res, harumq; causæ, quæ quidem sub hominis cognitionem cadere possunt. Ex his officium sapientis est, ut veritatem circa principia teneat, conclusa etiam ex principis rectè intelligat.

XV.

Atque hi tres expositi habitus speculativi sunt, qui in ea locantur animæ parte, quæ ἀπισημονική nominatur, ac referuntur πρὸς τὴν θεωρίαν καὶ γνώσιν, ad contemplationem & cognitionem rerum: sequuntur habitus practici duo: Prudentia & Ars: quæ in λογιστικῇ animi facultate existunt.

16. Pru.





XVI.

Prudentia est habitus cum verâ ratione actîvûs, circa ea, quæ homini bona sunt, aut mala: ἡ Φρόνησις ἐστὶν ἕξις ἀληθῆς μετὰ λόγου πρακτικῆ, ὡς τὰ ἀνθρώπων ἀγαθὰ καὶ καλὰ.  
*Arist. lib. 6. Eth. Nicom. cap. 5. lib. 1. M. M. cap. 35. lib. 5. Eth. Eudem. cap. 5.*

XVII.

Objectum habet τὰ ἀγαθὰ, τὰ καλὰ, τὰ δίκαια, bona, honesta & iusta, & in universum τὰ πρακτὰ, ea quæ homini ad bene agendum & vivendum sunt necessaria. Hinc pulchrè Cicero prudentiam vitæ artem dixit.  
*Lib. 5. de finibus.*

XVIII.

Prudentis officium est, ut non solum sibi, sed alijs etiam rectè & utiliter consular. Sibi quidem, quia non sapiens est, qui sibi non (g) sapit. Alijs verò: quia ζῶον (h) est πολιτικόν & civili societati prodesse debet.  
*(g) Cicero ad Trebat. (h) Arist. lib. 1. Eth. Nicom. cap. 7. lib. 9. cor. cap. 9. lib. 1. polit. cap. 2.*

XIX.

Cæterùm Prudentiam dicimus vel privatam vel communem: illam, quæ in proprijs vertitur; hanc, quæ in alienis.

XX.

Communem rursus facimus vel οἰκονομικῶν, quæ ad rem familiarem pertinet; vel πολιτικῶν, quæ Reipub. utilitates considerat.

XXI.

Politicam etiam dicimus vel νομοθετικὴν vel πρακτικῶν. Utriusq; munus etymologia indicat.

XXII.

Comparatur Prudentia longâ observatione & experienciâ singularium. utiturq; tribus quasi famulis: Una famula est ἡ ἐμβουλία: quæ finem bonum honestis, commodisq; medijs  
 CON-



consequimur propositum. Altera est ἡ σύνεσις, quā rectē de rebus judicare possumus, circa quas prudentia versatur. Tertia est ἡ γνώμη, quā tanquam viri boni & æqui de alijs rectum iudicium ferimus.

XXIII.

His potest addi δεινότης solertia: quæ est naturalis vis excogitandi ea media, quæ ad actionis finem consequendum pertinent. Differt à prudentia: quòd illa sit à natura, hæc non: quòd illa etiam in malis, hæc solùm sit in viris bonis: quòd illa non semper sit cum virtute morali, hæc autem semper.

XXIV.

Tandem discrimen inter Prudentiam & Sapientiam est: quòd sapientia sit in nobilissima animæ rationalis parte, quæ *ὑψηλομένη* dicta est: Prudentia verò solùm in λογιστικῷ animo. Quòd Sapientia sit circa perpetua; Prudentia circa contingentia. Quòd Sapientia consistat in contemplatione, Prudentia in actione. Ex his secundum subjectum, objectum, operationem facillè colligimus, Sapientiam esse prudentia præstantiorem.

XXV.

Ultima virtus Intellectualis est Ars, quæ definitur: ἡ πύχνη ἐστὶν ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική: Ars est habitus cum ratione vera factivus.

*Arist. lib. 6. Eth. Nicom. cap. 4. lib. 1. Mag. Mor. cap. 35. lib. 5. Eth. Eudem cap. 4.*

XXVI.

Objectum artis sunt τὰ ἐνδεχόμενα, vel potius τὰ ποιητέα, res contingentes & factibiles.

XXVII.

Factibilia itaq; hæc & contingentia ut rectè tractet artifex, etiam potissimum observabit: Primum consistit ἐν τῷ (i) θεωρεῖν, ut consideret, quā ratione ex subjecta materia opus aliquod artificiosum



ficiosum efficere velit. Alterum ἐν τῷ τεχνάζειν, ut agat secundum artem. Tertium ἐν τῷ ἔργον, id est, ποιεῖν, ut opus novum producat. Hinc (k) Cicero artis maximè proprium, ut creet & gignat.

(i) Distingue inter ἴσως & βέλους, Hæc arti non competit. Arist. lib. 2. Phys. Acram. cap. 8. v. 86. (k) lib. 2. de natur. deer.

### XXIIX.


Differt Ars à Prudentia tripliciter; Ars refertur πρὸς τὴν ποίησιν, Prudentia πρὸς τὴν πρᾶξιν. Ars efficit bonum (l) artificem, non Virum Bonum. Prudentia semper Virum Bonum: Unde virtus definita est (m) pro judicio viri prudentis. In arte error Spontaneus minus reprehenditur invito: in prudentia, invitus minus spontaneo.

(l) Lib. 2. Ethic. Nicom. cap. 4. (m) Arist. lib. 2. Eth. Nicom. cap. 6. & lib. 6. eor. cap. 2. & 13. lib. 1. Mag. Mor. cap. 4.



PRO-





## Problemata.

I.

*An notitia dentur naturales ita, ut nobiscum nascantur. Aristoteles negat.*

II.

*An virtutes in Animo separato maneant. Casus in specul. Moral. lib. 6 in fine.*

III.

*An Virtutes Intellectuales nobiliores sint, quàm Morales: Affirmatur.*

IV.

*An Demonstratio Aristotelis sit possibilis. Omnino.*

V.

*An Ars suapte natura & vi propria præstet natura. Negatur.*

VI.

*An Ars consilio agat, an verò naturâ. Prius affirmatur.*

An



VII.

An viri civiles, religiosi, & contemplationi  
addicti sint prudentes. Piccolom. grad. 5. Philos.  
Moral. cap. 43.

IIX.

An prudentia dignitate praestet virtuti mo-  
rali. Affirmatur.









Umg. VI 26

= [Dissertationes  
Theol. Vol. 707]



Sb.

VD 17







86  
DITATIO XI.

ETHICA

*De*

UTIBUS

ECTUALIBUS.

*Quam*

UNO ANNUENTE

ima Academia VVittebergensi,

PRÆSIDE

*Excellentissimo Philosopho*

COBO MARTINI,

raet: Philosoph. Pro-

ore publ.

*Proponit*

US VIHEUSERUS

ca viâ-Styrus.

*ob. Horis Locoq̄ solitis.*

EBERGÆ,

IOHAN. GORMANNI.

M. DC. XIV.

Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

Inches

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

